



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Instrvctio R. P. Bartholomæi Riccii Societatis Iesv  
Theologi De Modo Recte Meditandi De Rebus Divinis**

**Ricci, Bartolomeo**

**Mogvntiæ, 1605**

2 De causis Distractionum in nobis, vel internis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59608)

recentia reportatis. Salubria sunt, sed minimè  
 illa inter psallendum salubriter reuoluitis.  
 Spiritus enim sanctus illa hora gratum non  
 recipit, quicquid aliud, quam debes, neglecto  
 eo quod debes, obtuleris.

De Causis Distractionum, quas habemus  
 in nobis.

## C A P. II.

PRIMA Causa sunt quinq; sensus corpo-  
 ris externi, vt iam demonstrabo Incipio  
 à Visu. Ieremias in threnis ait. *Oculus meus Thren. 3.*  
*depradatus est animam meam.* Quod testi-  
 monium tam clarū est, vt expositione non  
 indigeat. Experientia enim docet, nō quo-  
 uis anno, mense, die, sed quauis hora, vel e-  
 tiam momento id nobis contingere. Cau-  
 sa est, quia cum vsq; ad calcaneum vitæ sen-  
 suali simus assuefacti, facile à consuetudine  
 peruersa in mille abripimur, prohi dolor,  
 vanitates. Ac edit quotidiana rerum sensi-  
 bilium necessitas, ob quam sensus in perpe-  
 tuo quodam sunt exercitio De GUSTY dicit.  
*Offensa in abecedario de Recollectione* homi-  
 nem spirituales non debere vesci cibis, a-  
 cuto vel admodum sensibili sapore affectis,  
 eo quod præter alias causas suis vaporibus  
 Ee 3 refri-

refrigerantibus crebro distrahant Memoriam. DE ODORA: V. verò idem scribit, non solum nō boni odoris res debere à spiritali homine circumferri, sed nec mali & terti, nisi id faciat sui mortificandi causa.

FACILIS notat distractionem animi is, qui è memoria aliquid recitat, aut actionem aliquam, quæ attentionem postulet, exercet, si casu, aut gesticulationes aliquas vel motus videat, vel audeat insolitum strepitum, quia facile obliuiscitur. Cuius rei causa est. Nam cum animæ nostræ virtus insit finita, quo plus intenderit vni rei, hoc minus poterit alteri, idq; fit, quod vna pars spirituum deserta Memoria migret ad oculos, vel aures, & sic memoria in recitando languescit: totque spiritus possunt recurrere ad illos sensus, vt Memoria profus deseratur, ac succedat omnium obliuio.

Greg. p. 3.  
admon.  
35.

S. GREGORIUS in Pastoralis accommodatè ad hanc rem vtitur hac similitudine. In fontibus hoc minus aquam in sublime exilire, quo ex locis depressioribus delabitur, eamque originis locus depressus esse potest, vt ne guttula quidem sursum exiliat. Quæ defectio cernitur quoque in ipsis sensibus externis, quando v. c. quis tanto studio audiendæ rei incumbit, vt oculis licet patentibus

ibus non animaduertat quis transeat, nec  
 vocem quamvis sonoram se vocantium ex-  
 audiat: quod non alia de causa contingit,  
 quam quod vno eodemque tempore ani-  
 mus noster non possit nisi vni rei perfectè  
 esse intentus.

ALTERA causa est Phantasia, quæ mul-  
 tis modis distrahitur. Primus est, cum illi  
 se offerunt species rerum alias sensu exter-  
 no perceptarum. Secundus, cum ipsa fin-  
 git res prodigiosas nunquam visas vel au-  
 ditas, vel varias rerum species coniungit,  
 vt humano capiti ceruicem equinam, vel  
 hominem aut domum inuersam. Ter-  
 tius est, cum sensibus corporeis percipi-  
 antur non solum rerum imagines, sed et-  
 iam accidentium, vt colorum, locorum,  
 temporum, & similibus, ac constet multas  
 res corporeas iisdem accidentibus affe-  
 ctas, crebro fit, vt dum meditatur homo de  
 circumstantia vnius rei, dilabatur ad cir-  
 cumstantiam similem rei alterius Declara-  
 bo id exēplo, quod verè accidit. Meditaba-  
 tur quidā in verba Ecce homo à Pilato ad  
 Iudæos dicta, cum iis demonstraret Christū  
 flagellatum, & purpura amictū: ratione au-  
 tem coloris rubei phantasia illi repræsētauit  
 Cardinalē purpura itē indutū. A Cardinali

*Matt. 27.*

Ec 4 ita si.

transiit ad sacellum Papæ, in quo multos alias ita vestitos cōspexerat: occasioneque loci meminit quo adorationis genere venerentur Papam, ac denique descendit ad modum, vt ad inclinationes, exosulationes. & cætera. Vides itaq; quomodo color meditantem transtulit ad personam, persona ad locum, locus ad actionem, actiones deniq; ad modum.

TERTIA causa Distractionum sæpe numero sunt animi passiones, maximè si sint immoderatae, & malè mortificatae, quamuis enim illæ sedem suam habeant subtus in corde, tamen in capite distractiones efficiunt, eo quod summam habeant cum phantasia coniunctionem. Tam arcta enim est cōiunctio appetitus sensitiui, cum potentiis cognoscendi facultate præditis, siue internis, siue externis, vt vix commota sit aliqua passio, quin illico ab aliis sentiantur potentiis, quæ operam suam quoq; mox præstant, Verbi causa. accendatur quispiam ira ob iniuriam illatam: phantasia mox representat, mira agilitate grauitatem iniuriæ. obligationem & facilitatem vindicandi, & si inimicus sit præsens minacibus oculis eum intuetur, si absit, commordet labra, digitos, iurat se vlturum contumeliam. Il-

lustre

lustre huius coniunctionis, & cooperatio-  
 nis subitæ exemplum habemus in organo.  
 quamprimum enim organista in infima li-  
 cet organi parte attigerit dentes eius, quos  
 vocant, extemplo resonant fistulæ etiam  
 sublimes, ob communicationē, quam ha-  
 bent cum venti receptaculo in medio col-  
 locato. Idem liquet in campana, quæ licet  
 tecto imposita, tamen sonat, si ab ædituo  
 infra in templo constituto pulsetur, nempe  
 ob cōiunctionem vtriusq, per medium fu-  
 nem. Quo exemplo potest cognosci & alius  
 quidam passionum animi effectus, nempe,  
 quod sicut campana, postquam ædituus de-  
 stitit funem trahere, aliquandiu adhuc per  
 se sonat, & commouetur, sic homini passio-  
 ni obnoxio, quod maximè apparet in ira,  
 etiam si semel deposuerit voluntatem vin-  
 dicandæ iniuriæ sæpenumero, etiam dum  
 minime expectat, recurrit cogitatio vindi-  
 cæ Eundem effectum procreat Amor, iu-  
 xta illud Christi. *Vbi est thesaurus tuus, ibi est* Matt. 6.  
*Scortuum.* ac si diceret, vbi est, quod amas,  
 ibi sunt tuæ cogitationes. Quod egregiè  
 declarat imago quædam circa crucifixum  
 Christum, in ære incisa; in cuius vno latere  
 nixus genibus pictus est homo diues, ex cu-  
 ius fronte variæ exeunt lineæ, in varias res

E e s termi-

terminatæ, alia in nauem tempestate maris iactatam, alia in mulierem circumdatam liberis, alia in venationem canum: quibus significatur illum dum vacaret precibus, vi amoris mente distractum fuisse ad talia cogitanda. De quo modo orandi conquestus est Deus apud prophetam, dicens.

*Isa. 29. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me. Ex altero latere depictus erat pauper mendicus item supplex, excuius fronte, quia tot amoribus occupatus non erat, vna tantum linea egrediebatur, & terminabatur in latere Christi aperto. Eisdem effectus habet quæuis alia passio. Sunt ergo homines huiusmodi perturbationibus animi obnoxii similes falconibus, qui funibus alligati ad manum venatoris, quocunq; auolare intendant, q. laqueo retinentur. Ac notatu dignum est, etiam si funiculi coriacei, quibus falco cōstrictus est, essent ex filo, etiam serico vel aureo, modo multi sint æque illos valere ad retinendum falconem. Sic anima non solum impeditur in oratione ab eleuatione mentis in rebus magnis, sed etiam in paruis etiam si in speciem sint piæ & sanctæ, quando amantur inordinatè.*

dinatè.

De